

ginta plorationem, seu *stetum*. Alii juxta hanc explanationem, in *stetu* idola intelligunt, ut ex traditione Hebræorum notavit Hieronymus, et sequuntur, saltem non improbant Angelonus et Magister Histor. schol., quia idola, quæ secum præsidii gratiâ tulerunt Palestini, causa fuerunt illius plagæ quam ab Hebræis acceperunt secundò. Et ut Hieronymus refert ex sententiâ Hebræorum, idè jussus est David in eam castrorum partem irrupere, ubi essent planetus, seu idola, quasi in totis castris nihil esset expugnatum facilius; imò per illam partem, utpote munitam minimis, aditum apertum esse ad facilem illustremque victoriam.

VERS. 24. — ET CUM AUDIERIS SONITUM GRADIENTIS IN CACUMINE PYRORUM, TUNC INIBIS PRELENTIUM (1). Hoc signum erat, quod expectare

(1) Vide hic mirum Dei à Davide invocati in prælio auxilium et præsidium: voluit enim Deus pro suo Davide pugnans, ut Philisthæi concluderentur hinc pyreis, inde exercitum Davidis, ut ipsi strepitum angelorum, quem ipsi quasi armati progredientes ex adverso Philisthæorum edebant, in pyrorum arboribus, quasi validè hostium manu eos invadente percussis diffugerent, et in Davidis manus incidere, ibique partim ab eo, partim ab angelis Davidis tutelaribus cæderentur. Ita Abul. et alii. Sed cur Deus signum hoc dedit in sonitu pyrorum, potius quàm amygdalorum, cerasorum, ficum, etc. — Resp. primò, quia juxta Jerusalem in valle Raphaim erat copia pyrorum, adè ut pyretum hoc dictum sit *vallis Pyri*, teste Adrichom. in Descript. Jerusalem. n. 258. Ita Lyran. Secundo, quia pyri celsiores sunt ficibus, cerasis, amygdalis, etc., unde magis conveniebant angelis, qui ex celsis caelestionum strepitum in pyris excitarent, quo Philisthæi percellerentur, cogitantes angelos è caelis contra se pugnare. Tertio, quia pyrus est mascula, et masculi saporis, ita ut pomus femina esse videatur; unde representat eos qui masculo sunt animo et virtute, quales sunt angeli et apostoli. Quarto, quia *pyrus* dicta est quasi *pyra*, eò quòd flammæ similitudinem reddi è lato in acutum tendens, ait Sipontinus. Sic flammæ sunt angeli et apostoli, juxta illud: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis*, psalm. 105, 4, Hebr. 1. Quintò, in pyris est proprietas vini, ait Plinius lib. 14, 14, præsertim in falernis ita dictis à potu, quoniam tanta vis succi abundat. Sic apostoli, recepto Spiritu sancto, videbantur musto pleni, Actor. 2, æquè ac angeli. Sextò, pyra sunt densa, idèoque ponderosa, adè ut nonnulla dicantur libralia. Ad hæc, pyrorum multe sunt species. Denique *serotina ad hiemem usque ad martem pendente gelu maturæscunt, græca, ampullacea, laurea*, ait Plinius; sic graves, varii et perdurantes, imò æterni sunt angeli.

Simili modo angeli, ex alto pugnârunt contra Pharaonem pro Moysè, Exodi 14, v. 24, et contra Chanaanos pro Josue, c. 10, 14, et

jussit summus imperator, ut cum primùm sonitum audiret aure tenuis, cum tamen nullus tunc perfleret ventus, et arborum cacumina moveri, intelligeret, tunc adesse Deum adiutorem, cujus manu inferenda esset hostibus plaga gravis, et illorum sternenda atque fuganda acies. Ita Theodoretus, et Josephus, et alii plures, qui docent sonitum illum in summo ventorum silentio et otio, signum esse adveniens Dei et præcedens ad pugnam; imò, ut opinor, jam pugnantis, aut cohortis angelicæ è caelesti militiâ. Sic autem oculo illo impetu hostis invisi et ignotæ virtutis erupit est Palestinis animus, et fractæ vires, ut neque primùm Davidis impetum sustinere poterint.

VERS. 25. — FECIT ITAQUE DAVID, SICUT PRÆCEPERAT EI DOMINUS. Expectavit David, donec summæ pyrorum frondes nullo perflante vento spontè agitentur, et quasi Palestini à caelesti virtute constricti forent et exanimati, ingenti plagâ percussi sunt, et in fugam conversi; neque cessatum est à cæde, donec à Gabaa, ubi exordium factum est pugne, ad Gezer usque ventum est, ad fines videlicet Palestina. Dicit autem Josephus, in secundo hoc prælio allatos etiam à Palestinis patres et tutelares deos, quod omnino juxta Septuaginta translationem dicendum est. Quod si ita est, igni sine dubio traditi sunt.

A GABAA AD GEZER (1) usque dicitur David pro Barac contra Sisaram, Judic. 5, 20, et pro Judâ Machabæo contra Lysiam, 2 Machab. 14, 8.

Tropol. Angelom.: « Per sonitum gradientis in cacumine pyrorum, inquit, adventum Domini significat super celsitudinem prophetarum et apostolorum, virtute divinitatis suæ supergradientem, sicut in Canticis canctorum scriptum est cap. 2: *Ecce iste veniet saltem in montibus, transiens colles*. Pyrorum autem cacumina arborum significant summitates. Quid per arbores nisi sublimes partes intelliguntur? in quorum cacuminibus dum sonitus auditur, id est, dum in sublimitate vite sonus, flante Spiritu sancto, et prædicationis intonuit, David noster virtute suæ divinitatis, cui celsitudinem sanctorum transcendit, Philisthæos, id est, imundos et spiritus superavit. » (Corn. à Lap.)

(1) Eodem est facilis Gabaa, ubi Saul morabatur; et Gezer, vel Gazer, seu Gadera, vel Gedor, urbs tribus Ephraim, ditissimi Philisthæorum proxima. Qui verò fieri potuit, ut David insecutus sit Philisthæos à Gabaa usque Gezer, cum Gabaa remotissima esset à valle Raphaim, et à loco *Bochim* appellato, ubi hostes fudit, fugavitque? Sunt qui Gabaa positum credant pro edito loco. Fugientes cecidit à vertice *Bochim* usque Gezer. Malerim ego,

Philisthæorum fugam persecutus; libro tamen 1 Par. c. 14, pro Gabaa, legimus Gabaa, quod aut errore accidit scriptariorum, propter litterarum similitudinem, ut putat Abulensis, q. 49, aut potius, ut sentit idem eodem loco, hæc nomina sunt duarum civitatum in tribu Benjamin adè proximè, ut non magis ab unâ quam ab alterâ dici potuerit cæpta Philisthæorum fuga. Aut certè ager, ubi commissa est pugna, aut communis erat utrique, aut certè æqualiter distabat ab utràque; quare non magis ad hanc quàm ad illam pertinuit vel fuga, vel clades Palestinarum.

Ad finem c. 14 Paral. additur: *Divulgatum*. Davidem victoriâ usum expulisse Philisthæos ab omnibus quæ occupabant locis à Gabaa usque Gezer; id est, eripuisse illis urbes, quas post mortem Saulis invaserant, atque intra veteres limites redeegisse. Vel potius, cum Philisthæos cecidisset in Bochim, loco Jerosolymæ proximo, fugientibus illis ex parte Gabaa, Davidem insessisse à Gabaa usque Gezer. Jerosolymâ ad Gabaa vis est duarum leucarum, et Gabaa à Gezer leucis quatuor circiter abest. In 1 Paralip. 14, 16, pro Gabaa legitur Gaboon. Non multo invicem intervallo distabant. Si hanc lectionem sequaris, penitus evertis sententiam, quæ Gabaa pro loco edito explicat. (Calmet.)

CAPUT VI.

1. Congregavit autem rursùm David omnes electos ex Israël triginta millia.

2. Surrexitque David, et abiit, et universus populus qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent arcam Dei super quam invocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in cherubim super eam.

3. Et imposuerunt arcam Dei super plastrum novum, tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa; Oza autem et Ahio, filii Abinadab, minabant plastrum novum.

4. Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa custodiens arcam Dei, Ahio præcedebat arcam.

5. David autem et omnis Israël Iudebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, et citharis et lyris et tympanis et sistris et cymbalis.

6. Postquam autem venerunt ad arcam Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei et tenuit eam, quoniam calcitrabant boves et declinaverunt eam.

que est nomen David in universis regionibus; et Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes. Duplex ista victoria sine ullo fermè labore cum tantâ fortissimorum hostium strage comparata, magnum Davidi conciliavit nomen, et ingentem nationibus aliis pavorem incussit; qui tamen à Deo præcipue immisus est, à quo fuit divinitus concessa victoria; quicque solus, dum suorum studiis ac saluti consulti, cor aliis indere muliebri, et paventes spiritus. Sic fecit Dominus cum populo suo, quando illum in promissam terram primùm induxit, Deut. 2, v. 25: *Hodiè incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni caelo, ut audito nomine tuo paveant, et in morem parturientium contremescent, et dolore teneantur*. Hunc pavorem immisit Chanaanis, ne quid auderent contra Jacob, cum rediret ex Mesopotamiâ; Gen. 33, v. 5: *Cumque profecti essent Jacob, et tota ejus familia, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi persequi recedentes*. Illud factum est, ut nullus deinceps ausus fuerit bello lacessere Davidem, et multi illius societatem et amicitias expetierunt.

CHAPITRE VI.

1. David assemble encore toute l'élite d'Israël, au nombre de trente mille hommes.

2. Il s'en alla ensuite à Cariath-Iarim, accompagné de tout le peuple de la tribu de Juda qui se trouva avec lui, pour chercher l'arche de Dieu, qui porte le nom du Seigneur des armées, et au-dessus de laquelle il est assis sur les chérubins.

3. Ils mirent l'arche de Dieu sur un chariot tout neuf, pour la transporter avec plus de dignité, et ils l'emmenèrent de la maison d'Abinadab, habitant de Gabaa. Oza et Ahio, fils d'Abinadab, conduisaient ce chariot tout neuf.

4. Et l'arche ayant été tirée de la maison d'Abinadab, qui la gardait à Gabaa, Oza marcha à côté de l'arche, et Ahio son frère la conduisait en marchant devant.

5. Cependant David et tout Israël jouaient devant le Seigneur de toutes sortes d'instruments de musique, de la harpe, de la lyre, du tambour, du sistre, de la timbale et des trompettes.

6. Mais lorsqu'on fut arrivé près de l'aire de Nachon, Oza porta la main à l'arche de Dieu, et la retint; parce que les bœufs regimbaient et l'avaient fait pencher.

7. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, et percussit eum super temeritate; qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei.

8. Contristatus est autem David eò quòd percussisset Dominus Ozam; et vocatum est nomen loci illius Percussio Ozæ, usque in diem hanc.

9. Et extimuit David Dominum in die illà, dicens: Quomòdò ingredietur ad me arca Domini?

10. Et noluit divertere ad se arcam Domini in Civitatem David, sed divertit eam in domum Obedom Gethæi.

11. Et habitavit arca Domini in domo Obedom Gethæi tribus mensibus; et benedixit Dominus Obedom et omnem domum ejus.

12. Nuntiatumque est regi David quòd benedixisset Dominus Obedom et omnia ejus propter arcam Dei. Abiit ergo David, et adduxit arcam Dei de domo Obedom in Civitatem David cum gaudio. Et erant cum David septem chori et victimæ vituli.

13. Cùmque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immobilabat bovem et arietem.

14. Et David saltabat totis viribus ante Dominum: porrò David erat accinctus ephod lineo.

15. Et David et omnis domus Israël ducebant arcam testamenti Domini in júbilo et in clangore buccinæ.

16. Cùmque intrasset arca Domini Civitatem David, Michol, filia Saül, prospiciens per fenestram vidit regem David subsilientem atque saltantem coram Domino et desepit eum in corde suo.

17. Et introduxerunt arcam Domini, et imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi quod tendefat ei David; et obtulit David holocausta et pacifica coram Domino.

18. Cùmque complèssent offerens holo-

7. En même temps la colère du Seigneur s'alluma contre Oza, et il le frappa à cause de sa témérité; et Oza tomba mort sur la place, à côté de l'arche de Dieu.

8. David fut affligé de ce que le Seigneur avait frappé Oza; et ce lieu a été appelé le Châtiment d'Oza, jusqu'à ce jour.

9. Alors David eut une grande crainte du Seigneur, et il dit: Comment l'arche du Seigneur viendra-t-elle chez moi?

10. Et il ne voulut pas que l'on amenât l'arche du Seigneur chez lui en la Ville-de-David; mais il la fit entrer dans la maison d'Obédédôm, lévite originaire de Geth.

11. L'arche du Seigneur demeura donc trois mois dans la maison d'Obédédôm de Geth; et le Seigneur bénit Obédédôm et toute sa maison et tout ce qui lui appartenait.

12. On vint dire ensuite au roi David que le Seigneur avait béni Obédédôm et tout ce qui lui appartenait à cause de l'arche de Dieu. David s'en alla donc en la maison d'Obédédôm; et il en amena l'arche de Dieu en la Ville-de-David avec allégresse. Après de David étaient sept chœurs de danses et un veau pour servir de victime.

13. Et lorsque ceux qui portaient l'arche avaient fait six pas, il immobilait un bœuf et un bélier.

14. David, revêtu d'un simple éphod de lin, dansait devant l'arche de toute sa force;

15. Et, étant accompagné de toute la maison d'Israël, il conduisait l'arche de l'alliance du Seigneur avec des cris de joie, au son des trompettes.

16. Lorsque l'arche du Seigneur fut entrée dans la Ville-de-David, Michol, fille de Saül, regardant par une fenêtre, vit le roi David, qui sautait et dansait devant le Seigneur, et elle en conçut du mépris.

17. Les lévites étant donc entrés dans la tente que David avait fait dresser, ils posèrent l'arche du Seigneur au milieu, en la place qui lui avait été destinée, et David offrit des holocaustes et des sacrifices d'action de grâces devant l'arche du Seigneur.

18. Lorsqu'il eut achevé d'offrir les holo-

causta et pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum,

19. Et partitus est universæ multitudini Israël, tam viro quàm mulieri, singulis collyridam panis unam et assatorum bubulæ carnis unam et similam frixam oleo. Et abiit omnis populus, unusquisque in domum suam;

20. Reversusque est David ut benediceret domui suæ. Et egressa Michol filia Saül in occursum David ait: Quàm gloriosus fuit hodiè rex Israël, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, et nudatus est quasi si nudetur unus de scurris!

21. Dixitque David ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potius quàm patrem tuum et quàm omnem domum ejus, et præcepit mihi ut essem dux super populum Domini in Israël,

22. Et ludam, et vilior fiam quàm factus sum; et ero humilis in oculis meis, et cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.

23. Igitur Michol filia Saül non est natus filius usque in diem mortis suæ.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CONGREGAVIT AUTEM RURSUS DAVID OMNES ELECTOS, etc. (1). Cùm nullum jam ab hoste vicino immineret aut periculum, aut

(1) Reddi posset Hebræus: *Congregavit rursus David omnes juvenes* (vel milites).

TRIGINTA MILLIA. Codices quidam Septuaginta, inter quos Romana editio, legunt ἑξήκοντα, septuaginta millia. Sed pro triginta milibus legendum esse trecenta millia, censent Grotius et Capellus; nec sanè ex triginta solum milibus condari poterat universus totius populi cœtus, peritari jussu collectus à Nilo vel Sibor usque ad introitum Emath, cùm amplius quadringenta millia aliquot ante annis convenissent Hebronem, ut supremum Davidi imperium decernerent. His conjecturis vis esset persuadendi validior, si textus alicujus auctoritas accederet.

(Calmet.)

David assemble encore tous les hommes choisis d'Israël pour amener l'arche de Dieu. Aussitôt que ce prince est maître de Jérusalem, et qu'il est paisible dans tout son royaume, il ne pense qu'à faire voir sa piété envers Dieu. Il donne tous ses soins à ce qu'il y avait alors de plus saint dans le monde, et il désire que l'arche où Dieu repose soit dans un lieu qui soit digne

de sacrifices d'action de grâces, il bénit le peuple au nom du Seigneur des armées,

19. Et il distribua à toute la multitude d'Israël, tant aux hommes qu'aux femmes, à chacun un pain en façon de gâteau, un morceau de bœuf rôti, et un tourteau de farine cuite avec de l'huile; et chacun s'en retourna chez soi.

20. David se retira de même pour bénir aussi sa maison. Et Michol, fille de Saül, étant venue au-devant de David, lui dit: Que le roi d'Israël a eu de gloire aujourd'hui en se dépouillant devant les servantes de ses sujets et paraissant nu comme ferait un bouffon!

21. David répondit à Michol: Oui, je me suis dépouillé devant le Seigneur, qui m'a choisi plutôt que votre père et que toute sa maison, et qui m'a commandé d'être le chef de son peuple dans Israël;

22. Je danserai devant le Seigneur, et je paraîtrai vil encore plus que je n'ai paru; je serai méprisable à mes propres yeux, et par là j'aurai plus de gloire devant les servantes dont vous parlez.

23. C'est pour cette raison que Michol, fille de Saül, n'eut point d'enfants de David jusqu'à sa mort.

periculi metus, advocavit David optimum quemque ex toto Israël, ut iniret, quando jam esset rebus Israëlitis inducta pax, aliquod de

d'elle. Néanmoins, dans une affaire de cette importance, il ne défera pas aux seuls mouvements de sa piété, comme s'il appréhendait de se laisser aller à un zèle moins discret, mais il tient sur ce sujet une grande assemblée, selon ce qui est rapporté en ces termes au livre des Paralipomènes: « David tint conseil avec les tribuns, les centeniers et tous les principaux de son royaume; et il dit devant cette assemblée: Si vous êtes de cet avis, et si ce que je vous propose vient du Seigneur notre Dieu, envoyons à nos autres frères dans tout le pays d'Israël, et aux prêtres et aux lévites qui demeurent dans les faubourgs et des villes, afin qu'ils s'assemblent avec nous, et que nous amentions à Jérusalem l'arche du Seigneur, parce que nous ne nous sommes point assez mis en peine de l'honneur pendant le règne de Saül. » Et l'Écriture ajouta que cette proposition fut agréée de tout le peuple. David était roi, il était prophète, et néanmoins dans une chose de grande importance, il ne s'arrêta pas à son seul avis, mais il a recours à celui des autres. Ceci nous fait voir

religione consilium. Quod autem illud fuerit, habemus I. 4 Paral. c. 15. Relert primum ad principes Israel, sive in rebus bellicis, sive pacificis et urbanis præessent, ut si id existimarent è religione futurum reque publica, id apud se statuant, secumque deliberent, consulto tamen prius Deo, cuius in omnibus voluntas præferenda est, et consilium primo statuendum loco. Id enim valet illud: *Si placet vobis, et à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquitur.* Quasi dicat, si vobis et Deo placeat, aut si iudicatis hanc meam cogitationem esse à Deo, aut (dammodò id nobis consultus Dominus edicat); si vobis, inquit, ac Deo placeat, accersamus undecumque locorum sacerdotes et Levitas, ut opus sacrum sacratis peragatur manibus, ac tandem ad honestè locum relucamus arcam Domini, quæ jamdudum quasi extorris à suâ sede et peregrina vagatur. Quod Saul suo tempore perficere non potuit, cum illud haberet assiduis bellis et variis rerum incommodis impeditum. Cum autem in illud Davidis votum summa foret totius populi conspiratio, et ipse cum solemnè omnium ordinum frequentia ac festivo plausu cuperet arcam ad stabile domicilium tradere, ab extremis Israeliticæ terræ finibus evocavit Israeliam; ab Emath videlicet, quæ ab æquilonari, et à Sihor Ægypti, quæ à meridionali regione promissionis terram universam definiunt. Est autem Sihor, quæ alio nomine vocatur *rius Ægypti, fluvius deserti, Rhinocolura*, aut, ut alii volunt, *Rhinocostura*. Hæc ex lib. I Paral. cap. 15.

Cum ergo Davidis omnes cogitationem et studium probarent, amplecterenturque consilium, ad filius dicit et festi celebritatem congregata fuerunt triginta hominum milia ex præcipuâ nobilitate, aut qui inter alios aliquid haberent eximium, quibus accessere ex tribu Juda frequentes alii, ut reducerent arcam, ad quam auxilii atque consilii gratiâ frequens erat populi conuersus, ubi Dei nomen implorabatur ab orantibus, et ubi præcipuo quodam modo super domo Cherubim, qui extabant super arcam, suum sibi solum paraverat Deus. Quo modo et quâ formâ expressi fuerint Cherubim habes Exod. c. 26, v. 18. Tanta verò convenit, præter illa electorum triginta milia, promissive

que ille plus grands et les plus éclairés d'entre les pasteurs ne doivent pas dédaigner dans les affaires qui regardent Dieu, de prendre conseil de ceux qui sont au-dessous d'eux, puisque les évêques et les docteurs de l'Église les plus célèbres ont autorisé autretels par leur exemple une conduite si sainte. (Sacy.)

populi multitudo, ut ad ducenta et viginti quatuor milia virorum pervenerit, ut ex I. 4 Paral. c. 15, probat Abulensis, q. 1, quem ego locum non invenio. Non dubito, convenisse multos supra triginta milia, quia digna videbatur illa celebritas, quam alii non invitati frequentes obirent; ad illam tantam multitudinem non video unde colligere poterit Abulensis.

Porrò, antequàm David de reducendâ arcâ optimatum concilium cogisset, jam domus quam proximè ex materiâ cedrinâ construxerat, locum etiam ad collocandam arcam adornarat, ut habes I Paral. c. 15, v. 1: *Fecit quoque sibi domos in civitate David, et edificavit locum arcæ Dei, tetendique et tabernaculum.* Cur biblicare maluerit arcam, quàm in Gaboon cum ibi eo tempore tabernaculum esset à Moysè compactum, eam rationem reddidit Abulensis, quia jam ante statuerat edificare templum in Jerusalem, ubi religiosè et pro dignitate servaretur, et ne cogreter toties in alium atque alium locum illam traducere; ex arcâ autem Sion, seu civitate David faciliè poterat ad templum transferri; et quia transmissio brevis fieri cum majore dignitate poterat. Ratio probabilis; sed fortassè id potius intuebatur David, ut civitatem illam, quam Israeliticè imperii caput esse volebat, illo pretioso nobilitate ornamento, et stabili propugnaculo muniret (1).

VERS. 5. — ET IMPOSUERUNT ARCAM DEI SUPER

(1) VERS. 2. — SURRAIT DAVID... ET POPULUS QUI ERAT CUM EO DE VIRIS JUDA, ET ADJECERUNT ARCAM DEI. Reddi posset Hebræus: *Surrexit David et omnes principes Juda, ut adducerent arcam.* Sed et unde et quò venerunt? Cur silentur hic nomina cæterarum tribuum, quas tamen pompæ huic adfuisse ex Paralipomenis discimus? Reponimus, Hebræum *Baalim Juda*, quod redditum est, *viri Juda*, vel quæ pariter alicubi appellatur *Cariathiarim*, vel tantum *Baalâ*. Quare vertendum est: *David surrexit cum populo, qui erat cum eo, è Cariath-Baalim*, vel ex urbe baalim, sitâ in tribu Juda, ut adducerent arcam Dei. Arcam è Cariathiarim vel Cariath-Baalim, quò populus convenerat, transtulerunt Jerosolymam. In hæc expositione nihil est arduum: cui etiam accessit ex I Paralipomenis 15, 6, confirmatio: ibi enim legitur, Davidem in Cariathiarim Juda profectum esse, ut arcam transferret Jerosolymam.

SEPER QUAM INVOCATUM EST NOMEN DOMINI, QUÆ APPELLATUR ARCA DOMINI. Ita scribit Isaias 4, 1: *Invocetur nomen tuum super nos, pro: Uoxes tue simus.* Et Ecclesiasticus 56, 14: *Israel, super quem invocatum est nomen tuum, qui populi tui nomine distinguitur.* Jacob de Ephraim et Manasse, quos adoptabat, agens: *Invocetur, ait, super eos nomen meum: referantur in censum filiorum Jacobi.* Hebræus ad

PER PLAUSTRUM NOVUM (1). Non legitur cujus consilio, vel imperio pro vocatione arcæ novum fuerit *plaustrum* ædificatum. Id scimus, quòd novum fuerit, neque usu unquam attritum alieno, ortum ex pietate. *Cur plaustrum novum*, aut res denique novæ divinam deceant majestatem, diximus ad similem locum supra, lib. 1, c. 6, v. 7. Illud porrò consilium non tam videtur fuisse Davidis aut profanæ plebis quàm sacerdotalis et Leviticæ, cujus eâ de re debuit esse judicium, ut David ipse videtur significasse I Paralip. 15, v. 12. Tantum igitur curavit David, ut reduceretur arca cum religiosa celebritate et festivo plausu. Modus autem religiose vocationis à Levitici generis hominibus inventus est, qui sanè aut ignorassè videtur legem, aut certè, quid illa præscriberet, non curasse.

litteram: *Super quam invocatum est nomen, nomen Domini*, nomen augustum et venerabile. (Calmet.)

UT ADJECERENT ARCAM DEI, EX GABAÂ IN SION, tum ut David haberet arcam apud se, et coram eâ Deum religiosè coleret et invocaret, tum ut magis honoraretur arca et Deus in eâ, utpote in urbe regiâ, tum ut evaderet maximas calamitates, quas Deus Israelii immiserat ob neglectum tabernaculum in Gabaa, ait Josephus, licet id negat Abulensis.

SEPER QUAM INVOCATUM EST NOMEN DOMINI EXERCITUM. Est Hebraismus, q. d.: Quæ vocatur arca Domini, qui dicebatur sedere super alas Cherubim, sive super propitiatorum, ita ut haberet arcam pro scabello pedum suorum, quia inde angelus in assumpto corpore de nube pro Deo dabat oracula et responsa. Ita Abul. Vatabl. et alii. (Corn. à Lap.)

(1) Deus jussit arcam sacerdotum humeris deferri; ita enim in lege præceperat. Leviticum in eâ religiose peccatum Ozæ morte expiatum est; quo cadente, totius pompæ gaudium turbatum est ac retardatum. Cavet David ne quid tale in se induceret; cum enim arcam è domo Obbedom in domum suam transferre decrevisset, sacerdotibus imperavit: *Sanctificamini, et offerite arcam Domini Dei Israel ad locum qui et preparatus est; ne, inquit, ut à principio, quia non eratis presentis, permissis nos Dominus, sic et nunc fiat, si quid agamus quod fieri non liceat.* (Calmet.)

ET IMPOSUERUNT ARCAM DEI SUPER PLAUSTRUM NOVUM. Fuit error Davidis ex ignorantia, vel potius Levitarum peccatum, quia arca non debebat vehi plastro, sed portari humeris sacerdotum vel Levitarum, ut patet Numer. 4, 13 et seqq.

TELESTRORE EAM DE DOMO ABINADAB, QUI ERAT IN GABAÂ. Gabaa erat locus vel collis in urbe Cariathiarim; ibi enim erat domus Abinadab et arca, ut patet I Reg. 7, 1.

MINABANT, agebant, ducebant, PLAUSTRUM, quæ et Abio fratres, quòd Abinadab pater eorum jam erat mortuus, ut ex hoc loco colligitur. (Corn. à Lap.)

OZA AUTEM ET ABIO, FILII ABINADAB, MINABANT PLAUSTRUM. An hoc tempore in vivis fuerit Abinadab, incertum; verisimilè est, jam decessisse; alioqui non videbatur recessurus ab arcâ, cujus tantud fuerat assiduum ac fidelis custos; neque omnino pater, filiorum tantum in eâ religiois pompâ, sacra meminisset historia. Filii igitur Abinadab, sive ipsi suo quasi jure assumpserint, sive ab aliis acceperint arcam in ipsâ etiam traditione custodiam, aderant plastro proximè, quasi rectores et aurigæ. Præcedebat arcam Abio, qui pro patre, et ut est verisimilè, jam defuncto, custodiendæ atque curandæ arcæ præerat; illum sequebatur, aut illi aderat proximè frater Oza, ne quid accideret arcæ, quod decreverat minis.

VERS. 4. — CUMQUE TELLESSET EAM DE DOMO ABINADAB, QUI ERAT IN GABAÂ. Certum est, arcam fuisse ante repositam in Cariathiarim. Cur verò dicatur ex Gabaa translata, aut etiam ibi ante reposita, docuimus, I. 4, c. 7, v. 1, neque hie aliquid occurrit necessarium, quòd addamus.

VERS. 5. — DAVID AUTEM ET OMNIS ISRAEL LEDEBAT CORAM DOMINO IN OMNIBUS LIGNIS FABREFACTIS (1). Sic procedebat sacra illa, festiva et quasi genialis pompa. Duo fratres aderant omnium proximè, quasi rectores plastris et arcæ custodes. David autem et reliqui ex Israele toto, qui diem illum et pompam obierunt, honestè et rursus, hinc inde cum festivo plausu et canoro jubilo triumphalem in modum festum celebrabant; alii canendo tum alia ad hilarem illam traditionem opportuna, tum, ut credo, maxime Psalmum 104: *Constemit Dominus, et*

(1) Hebræus ad litteram: *In omnibus lignis abietium*; ex abiete enim fortè musica instrumenta parabantur.

CITHARIS. Hebræus: *סוּרָב, Citheroth*, quò nomine venire creduntur lyre veterum à nostris citharis plane aliene. Fusiis de his agimus in commentario in Psalmos.

LYRIS. Hebræus: *נַבְלִיִּים, Septuag. Νέβλιαι.* TYMPANIS, vel cymbalis, vel ejusmodi instrumentis, quæ Galli appellant *tambours de bagues*.

SISTRIS. Hebræus, *Menahithim*, ducitur ex *Naba*, quod est movere, agitare, immitteque faciliè tympani genus, quòd plurimâ agitatione pulsabatur. Septuaginta: *Κυβόζαι, cymbalis.* Aquila et Symmachus: *Sistra*.

CYMBALIS. Hebræus: *Zelcetim*. Septuaginta: *Èν ἀδίκῃ, in tibis*. Agitur hic potius de sistro, instrumento Ægyptiis familiarissimo. Persæ cymbalis cymbalis in figura textei vasis majores, quales ad butyrum adhibentus, utuntur. Itin. Mosch. tom. 1, pag. 581. Tubas non alias agnoscunt nisi *zucras*, octo pedibus longas, et ultra duorum pedum diametrum, quò loco minus patent, hiantes. (Calmet.)

invocate, de quo 1 Paral. c. 16, aut Psalmum 25: *Domini est terra*, aut 46: *Omnes gentes, plaudite*, ut putat Jansenius. *Ligna fabricata*, instrumenta sunt musica ex ligno compacta, qualia sunt aliqua, quae statim explanationis, ut reor, gratia subjunguntur, et alia similia. Neque tamen defuerunt ex aere multiplices formæ, quorum aliqua hic et 1. 4 Par. c. 14, v. 8. Fuisse autem canticorum instrumenta plurima, ex eo quisque colliget, quòd alia diversa numerantur loco citato nuper ex Paral. et hieram c. 15, à v. 16. Quæ porro figuræ fuerint hæc organa sonantia, quo pulsata aut inflata modo, quos ediderint harmonicos sonos, neque explicare possumus, nisi conjectando, neque id nosse magnum habet operæ pretium. Hic verò non puto salisæ David, sicut fecit, cum post trimestre spatium rursus è domo Obodedom in suam, id est, regiam civitatem tradidit. Neque id ignorasset aut tacuisset Michol, aut sacra siluisset historia, sicuti non tacuit, cum secundo ad idem opus se et totum populum accinxit David. Non ita saltavit hoc die, sed tantum pulsavit cytharam, cantavit quantà potuit contentione ac studio, cum utriusque facultatis esset scientissimus.

VERS. 6. — (1) EXTENDIT OZA (2) MANUM AD

(1) POSTUAM VENERENT AD AREAM NACHON. Nachon ex Vulgata et Septuaginta pro certo nomine viri, ad quem area spectabat, accipiendum est; sed Hebræus alium sensum commode admittit: *Ad aream preparatam*. Chaldaeus: *Ad locum paratum*, prope locum ubi area constituta erat. Consistit utique Obodedom domitium Jerusalem habuisse, proximum civitati Davidis, vel Sioni; ipsiusque in domo collocatam fuisse arcam statim post mortem Oze, pompè alterius non procedente, hic legitur. Reddunt alii: *Area amissionis*, vel mortis Oze.

QUONIAM CALCITRABANT BOVES. Genuina significatio vocis originalis ignoratur. Censuit Bochartus, eos boves luto infusisse. Sed Hebræus reddi etiam posset: *Bovis descerebat illum*, ut laboretur. Fortè plastrum in alterum latus inclinâruit.

Confer 1 Par. 15, 9: *Bos quippe lascivius*, et 1 Reg. 6, 7: *Vaccas fetus*. Amant Hebræi boves curibus suis jungere, quod et de Molo et Indis scribit Itineraria; tum et admodum in usum equitandi ibidem boves impendi. Mandorius tem. 2, pag. 197.

(Calmel.)

VENERENT AD AREAM NACHON. Ita Hebr., Aquila, Angelom. et alii, licet Septuag. Romæ correcti habeant *Macher*.

(2) Oza non erat sacerdos, ut vult Angelom. et Glossa, sed Levita, ut docet S. Hieron. Epist. ad Sabinianum, S. Gregor. 5 Moral. c. 10, Auctor Mirabilium S. Scripturæ lib. 2, cap. 12. Joseph., Serarius et alii, ique satis liquet ex 1 Paral. 26, 15. Quare mirum est D.

ARCAM DEI, ET TENDIT EAM, QUONIAM CALCITRABANT BOVES, ET DECLINAVERUNT EAM (1). Cùm jam aliquid spatii triumphalis ille progressus conficisset, quod non videtur fuisse partum, ac ventum esset ad arcam Nachon, qui binominus fuisse videtur, cùm lib. 1 Paralip. c. 15, v. 9, appelleretur *Chidon*, calcitrare coeperunt boves, aut lascivire, ut legitur loco proximo Paralip. Utrumque certè accidit, aut quia lasciviente altero, calcitrabat alter, et hoc videtur certius, quia 1 Paral. 15, v. 9, alter hos lascivire dicitur: *Bos quippe lascivius paululum inclinaverat eam*. Et sanè per synecdochen, cùm aliqui è certo numero aliquid faciunt, omnes illud toti tribuitur multitudo. Quo modo latrones duo in Christum dicuntur fuisse blasphemii, cùm tamen illorum alter tantum blasphemaverit. Aut certè lascivius uterque

Soto in 4, dist. 15, q. 3, cui favet Sanchez, asserere Ozam non fuisse Levitam, sed laicum.

(1) Septuag.: *Circumflectebat eam vitulum*. Chald.: *Propulerant eam boves*. Vatabl.: *Descendebat eam*. R. Kimchi ex R. Jonâ, dicit boves ob sanctimoniam arce viribus destitutos copiose delicere et fatiscere, ut membra et iuncturas eorum viderentur luxari, dissolvi et dividi, eò quòd non boves, sed Levites deberent humeris suis gestare arcam. Verùm 1 Paral. 5, 9, alia causa datur, cùm dicitur: *Bos quippe lascivius paululum, inclinaverat eam*.

(Corn. à Lap.)

Allegor. hinc discè quantà puritate et reverentiâ accedendum sit ad S. Eucharistiam, in qua non est manna terrestre, quod erat in arca, sed cœlestè et divinum, imò ipse Christus Deus et homo. Audi S. Pacian. in Parenesi: « Vos appello qui criminibus admittis penitentiam recusatis, vos inquam, post impudentiam timidus, post peccata verecundus, qui cum malâ conscientia Dei sancta contigitis, et altare Domini non timetis, qui ad manus sacerdotis in conspectu angelorum sub fiducia innocentie acceditis, etc. » Tanta infuit cura divinae providentiæ, ut audeas manus, nec ob auxilium sustineret. » Sic et Angelomus. »

Tropol. varia hinc documenta eliciunt Patres, audi S. Gregorium, lib. 3, Moral. c. 10: « Quid est, inquit, mens justi nisi arca testamenti? Quæ gestata à bobus calcitrantibus inclinatur; quia nonnunquam etiam qui benè præst. dùm subjectorum popularum confusione concutitur, ad dispensationis et condensationem ex solâ dilectione permovetur. Sed in hoc quod dispensatoris agit, inclinatio ipsa fortitudinis casus putatur imperitibus. Undè et nonnulli subditi contra hanc manum reprehensionis mittunt, sed à vitâ protinus ipsâ suâ temeritate declinant. Levites ergo quasi adjuvans manum extendit, sed delinquens vitam perdidit, quia dùm infirmi quique fortium facta corripunt, ipsi à vivendum sorte reprobantur. »

(Corn. à Lap.)

calcitrabat, quia hoc ex illo sequitur, et ex utroque ut plastrum exorbitet, et onus aut excutiat, aut illidat. Nunc certè plastrum declinans à tritâ et molliori viâ, et in asperam et inaequalem invectum inclinavit arcam, ita ut ad lapsum videretur prona, et nisi quis accureretur mature, omnino ruitura.

VERS. 7. — IRATUSQUE EST INDIGNATIONE DOMINUS CONTRA OZAM (1), ET PERCESSIT EUM SUPER

(1) En même temps la colère du Seigneur s'alluma contre Oza. Cet exemple de la sévérité de Dieu qui est si célèbre dans la loi ancienne, nous devrait encore plus étonner dans la nouvelle, puisque, selon saint Paul, c'est plutôt pour nous que pour les Juifs que ces grandes vérités ont été écrites.

L'arche enfermait trois choses: les tables de la loi, la verge d'Aaron et la manne. Si nous la considérons comme renfermant les tables de la loi et la verge d'Aaron, qui avait fleuri pour marquer ceux que Dieu avait appelés à son sacerdoce, ceel nous apprend que l'ordre sacré de Jésus-Christ qui rend les hommes les interprètes de sa loi et les dispensateurs de ses mystères, ne doit être conféré qu'à ceux qui ont l'esprit lévitique, c'est-à-dire, qui ont renoncé aux biens du monde, et qui ont pris Dieu pour leur Seigneur unique et pour leur partage. Que si l'on entre conduit dans ce ministère ceux que l'Écriture nomme des animaux insensés, qui ne respirent que la terre, et qui n'ont qu'une sagesse basse et animale, Dieu se vengera de cette injure, non visiblement comme il fit alors, mais d'une manière d'autant plus redoutable qu'elle est plus intérieure et plus cachée. Que si l'on considère l'arche comme renfermant la manne qui a été certainement l'image de la sainte Eucharistie, ceci nous apprend que ce pain du ciel ne doit point être mis dans des âmes qui au lieu d'être animées d'une foi vive et agissante par l'amour, n'ont des pensées que pour le monde, et vivent d'une vie sensuelle; mais que pour s'approcher dignement de ce mystère, il faut avoir quelque part à l'état sacerdotal, en la manière que tous les vrais chrétiens y ont part selon saint Irénée, comme faisant une partie de cette nation sainte dont parle saint Pierre, et de cet ordre de prêtres rois: *Gens sancta, regale sacerdotium*. Ainsi l'on peut dire que porter sur ses épaules l'arche et la manne qui y était enfermée, qui sont les deux grandes images du sacrement de nos autels, c'est faire ce que dit S. Paul, qui est de travailler afin de mériter d'être nourri de cette viande du ciel. Car la manne cachée, selon l'Écriture, n'est donnée qu'aux victorieux, et il n'y a point de victoire sans combat ni de combat sans travail. C'est ainsi qu'en se fortifiant contre soi-même, on devient le temple du Saint-Esprit, et qu'on est en état de pratiquer cette parole de saint Paul: *Rendez gloire à Dieu, et portez-le dans votre corps*. Ce rapport de la sainte Eucharistie avec l'arche est d'autant plus juste, que nous apprenons du même Apôtre qu'au commencement de l'Église plusieurs ont été frappés de maladie, et même de mort comme Oza, pour avoir approché de ce

TEMERITATE, QUI MORTUUS EST. Hic multa meditantur interpretes, dùm causam quærent, cur Oza repentinam oppeterit mortem à Domino percussus, cùm tetigisse arcam ne fedè laberetur è plastro, opus fuisse videatur servate potius quàm violatè religionis. Quia verò res hæc gravissima est, et longis à varus exagitate modis, non erit abs re, neque ad studio lectoris, in illâ tractandâ morari paulisper, et quæ fuerint aliorum sententiæ præcipue breviter percensere.

Quidam aliquid admissum opinantur ab Oza, propter quod indignus censetur, qui sacra tractare religiose poterit. Ita in Constit. Apost. lib. 2, cap. 10. Sed quodnam illud fuerit, obscurum. Quidam illum nocturnum cum uxore habuisse congressum arbitrantur, et impurus manus ad arcam admovisse. Quod si ita esset, satis sibi supplicium illud capitale commeruit; nam qui sacra tractant, mundos esse decet, maxime ab eo quod aliquid olet conjugale. Quæ de re est illud Levit. 15, v. 16: *Vir, de quo egredietur semen coctis, lavabit aqua omne corpus suum, et immundus erit usque ad vesperum. Mulier, cum quo coctis, lavabit aqua, et immunda erit usque ad vesperum*. Immunditiam verò ad vesperum tantum durare, argumentum est illum non esse morbum, sed nocturnum concubitum. Quo modo Bersabee statim à Davidis consuetudine nocturna purificata est, 2 Reg. cap. 11, v. 4: *Quæ cum ingressa esset ad illum (Davidem) dormivit cum eo, statimque sanctificata est ab immunditâ suâ*. Lege quæ supra diximus lib. 1, cap. 20, ubi ad comedendum propositionis panes munditiam sacerdos exigit ab uso conjugii. Sanè id exigebat gentium religio, ne quis aut sacra tangeret, aut sacris interesset post nocturnum opus. Vide Brissonium lib. 1 Formularum. Tibullus lib. 1, eleg. 5: *Vos quoniam abesse procul jubeo, discedite ab aris, Quis tulit hæsternâ quædam nocte Venus*. Persius Satyrâ 2, hoc ipsum indicat à gentilibus curari, ut pura ad deos levetur in precatione manus: *Hæc sanctis ut poscos, Tiberino in gurgite mergis Manè caput bis terque, et noctem flumine purgas*. Sed qui hæc de Oza suspicantur, conjecturis ducuntur incertis, neque ullum habent in Scripturâ fundamentum.

Alii idèò puniunt esse dicunt Ozam repentinâ morte, quia suis humeris debuit potius mysterium dans un état trop disproportionné à sa sainteté.

(Sacy.)

sacrum illud onus imponere, quam plastrum, ut à sacerdotibus veheretur potius quam à hominibus. Ita dicunt Hebraei, ut refert Hieronymus in Tradit. Hebr., super c. 15 l. 1 Paralip.: « Jusserrat, inquit, Abinadab duobus filiis suis Ozam et Ahio, ut portarent arcam Domini humeris suis. Et qua neque ipsi eam portaverunt, neque Caathis ad portandam dederunt, ideò Ozam muletatus est morte. Fuit enim peccatum in non portando, in sustinendo arcam jam pena peccati. » Et tradit ex Hebraeorum item traditione Hieronymus, justo Ozam punitum esse supplicio: nam illa primùm parte punitus atque truncatus est, quam notuit Domino fuisse subjectam. Conjecturam sumunt ex loco qui ex Ozæ casu nomen accepit, qui vocatus fuit: *Ozæ divisio*. « Tractus dicitur, inquit, l. 1, c. 28, quod aruisset brachium ejus, et humerus, ubi arca Domini portanda erat, et in illius loco divisio quaedam facta est. » Haec repetit et probat Rupertus l. 2, c. 28.

Ejusdem sententia est Theodoretus, q. 20, ubi rationem reddit, cur ab hominibus potius quam à bobus portari debuissent, quam tu apud illum vide. Et quidem nostrâ aetate frequentius sanè quam deceret, homines, qui virilis aliquid habent roboris et opinionis, et superiore seculo non rarò, quasi in feminam degenerassent molliunt, aut sicut cadavera efferrentur ad tumulum, humeris et lacertis hominum inessum molli, et sepius intermisso gestantur. Quod verò homines molliiter, ne dicam invincendè, faciunt, id in arca religiosè fieri debuisset. Idem tenet Procopius, idem Hieronymus Epist. 48 ad Sabinianum. Ita Lyra, Abulensis, q. 10, et complures alii. Et est hæc opinio omnium maximè communis. Sed huic cogitationi obstat, quod eodem modo Ahio illius frater, ad quem non minus quam ad fratrem Ozam arca custodia, atque religiosè observantia pertinebat, iure debuit eandem, aut similem poenam, cum ab illo etiam gestari debuisset, et ipse non aliter ac frater imposuisset plastrum.

Ab hoc loco id habemus, tetigisse arcam Ozam et ob illius temeritatem à Domino percussum eecidisse. Nunc igitur exploremus, quantum sit hæc temeritas: nam ubi de illâ constat, non erit cur de aliâ investigandâ causâ laboremus. Quidam dicunt, in eo fuisse temerarium Ozam, quia aliquid aggressus est quod alieni erat instituti ac curæ: non enim sacerdotem fuisse, cuius id erat proprium, sed

Levitam. Ita S. Thomas, q. 19, q. 1, questio. 3, ad 5. Idem videtur sentire Hieronymus Epist. 22 ad Eustoch.: nam cum Epist. 48 Levitam fuisse fateatur, hic dicit tetigisse Ozam, quod nullo modo licuit. Imò et ibi indicat, quod S. Thomæ visum est, sacerdotibus illud solum licuisse, ubi cum de custodiendâ virginitate ageret ad Eustochium, sic ad illam sanè perquam graviter: « Obtestor te coram Deo et Christo Jesu, et electis angelis ejus, ne vasa templi Domini, que solis sacerdotibus videre concessum est, facili in publicum proferas, ne sacrarium Dei quisquam profanus aspiciat. Ozam arcam, quam non licebat tangere, attingens, subito morte prostratus est: neque enim vas aureum et argenteum est tam charum Deo fuit, quam templum corporis virginis. » Sed contra hoc est, quod arcam portare concessum est levitis, imò illorum proprium munus, ut constat Num. c. 4, v. 15, ubi jubentur sacerdotes omnia vasa sanctuarii, et sanctuarium ipsum involvere et tradere Levitis, qui fuerint à familiâ Gaath. Nisi fortè dicas, Ozam et Ahio non esse ex genere Gaath, sed ex familiâ Gerson, seu Merari quibus alia portanda traduntur; quod sanè sine ullo Scripturæ fundamento dicitur.

Alii dicunt, potuisse quidem Levitam arcam tangere, atque ideò non eâ de causâ Ozam esse percussum; neque enim facile hoc evitari posset à Levitis, qui arcam magno interdum tractu portare jubebantur. Atque ideò aliam esse querendam temeritatem, quam videlicet arcam tetigit nudam, qualem neque videre alii impudenter potuissent. Quam rationem optimè confutat Abulensis, q. 10, quia quando ex uno loco in alium movebatur arca, non erat nuda, sed tribus velata tegumentis, quam primùm operiebant sacerdotes; deinde tradebant Levitis ex familiâ Gaath ita cooperatam, ut neque ab aliis, neque ab ipsis Levitis videri posset. Ridiculum porro est existimare, ex calcitrante hominis et plaustri inclinatione, aut si qua acrior perflaret aura, detegi potuisse arcam, et finire aut elevari velamina. Quis enim credat levit inclinatione (*vos quippe lasciviosus pavilionis, inclinaverat eam*, 1 Paralip. 15) nudatum iri arcam, que tanto studio esset à sacerdotibus involuta?

Alii in eo fuisse putant temeritatem, quia, cum non esset necesse arcam tangere, quia levis erat inclinatio plaustri, ut modò dicebamus, ille tamen tetigit, non majori reverentiâ, quam si profanum aliquid tetigisset. Ita Grego-

rius lib. 5 Moral. cap. 10: « Sæpe multa à fortibus dicuntur que infirmi ideò deo dijudicant, quia ignorant. Quod bene bobus calcitrantibus inclinata arca signavit, quam quia casuram credens Levites erigere voluit, mox sententiam mortis accepit. » Hanc quoque sententiam amplexus est Abulensis, q. 10, ubi dicit, in eo peccatum esse ob Ozam, quia sine necessitate tetigit et irreverenter.

Neque omittendum, quod etiam existimârunt Hebraei, quo fundamento, ipsi viderint, certè nullum est. Dicunt enim, ideò peccasse Ozam, neque leviter, quia sustentare voluit arcam, quasi casura foret, cum ipsa et plastrum, et boves sustentare posset, cum nutarent et agi viderentur in præceps. Hoc verò ex diffidentia natum esse dicunt, et quia de arca atque divinità potentia non aequa sentiret. Dicunt etiam aliquid planè ridiculum; nam cum Josue cap. 4, arca trajiceret Jordanem, elevatam fuisse super aquas, et adeò non esse portatam sacerdotum humeris, ut ipsa potius sacerdotes portaverit. Sed quis non rideat, aut doleat potius tam deliram mentem, et merum somnium à dormitante cerebro? Quod refert hic Abulensis ex Hebraeorum sententiâ, et idem iterum ac Lyra in cap. 4 Josue.

Hæc sunt præcipue tam nostrorum quam Hebraeorum sententiæ. Ex quibus illa videtur magis ad litteram, quæ in Ozâ reverentiam desiderat, et officium, ac pietatem in opere alioquin officioso et pio, cum festinatò advolet, et inconsideratè ad sustentandam arcam, cum rei necessitas non exigeret, cum esset levis inclinatio plaustri. Hæc autem videtur esse in tangendo temeritas, quam à Deo damnatam atque punitam littera ipsa indicat. Quam sententiam indicat Gregorius lib. 3 Moral. cap. 10, et tenet Abulensis supra.

Ita verò sententiâ, que pluribus placuit, quod videlicet plastrum relectetur arca, quæ sacerdotum ac Levitarum humeris potius portari debuisset, eolaborat incommodo, quod ut nulli in opus illud atque consilium consenserent, sic etiam multis eodem, aut simili supplicio perendum fuit. Quot enim putemans fabrillem operam dedidisse compingendo plastrum? Quot arcam imposuisse, quot attulisse boves, et in jugum adgesisse, et curasse alia que ad illum plastralem progressum viderentur necessaria? At illorum nemo perit præter unum Ozam, qui arcam tetigit, temerè videlicet, irreverenter et audacter. Deinde, si culpa fuit usque adeò gravis et capitalis non

gestasse humeris sacrum illud onus, cur non eodem supplicio muletatus Ahio frater? cur non multi alii ex sacerdotibus ac leviticis gradu, quorum plurimos ad celebrari illum et festivum diem convenisse verisimile est? Non nego peccatum esse ab illis qui tetigerunt arcam hominum potius quam hominum sacram esse voluerunt; quod emendavit postea exacto trimestri spatio David, cum illum leviticis humeris portandam curavit. Tamen probare non audeo, quia littera non indicat illud peccatum fuisse Ozæ repentinò interitu muletatum.

Ego tandem ad superiores sententiâs aliam addam, quam nemini persuadere volo, sed tantum aliis expendendam proponere. Quæ sanè mihi displicuisse minis, si viderem aliis placuisse. Sunt tamen, qui, licet obscure, indicant tamen, de quibus statim. Ego sic existimabam, Ozam neque sacerdotem esse, neque Levitam, neque ullo modo sacrum aliquid ministerium obire potuisse legitimè. Quod mihi hæc unâ ratione persuadebam, quia sacerdotes ac Levitæ suas habuere civitates inter alias tribus à Josue pro ipsorum usibus ac domicilio destinatas, neque in aliis habitari aut poterant, aut solebant. Cum ergo Carithiarum non esset ex civitatibus assignatis ordini Levitico, ut constat Josue cap. 21, ubi civitates omnes numerantur, verisimile, imò meo iudicio certum est, neque Abinadab, neque filius illius, Ozam et Ahio, ex numero fuisse levitici gradus. Quod Josephus videtur sensisse lib. 7 Ant. cap. 4, et aperte auctor Mirabilium sacræ Scripturæ, quicunque ille est (neque enim creditur esse Augustinus, licet opus illud inter Augustini opera invenitur), omnino de genere Aaronis esse negat.

Theodoretus, q. 50, Levitam esse affirmat Abinadab, eo adductus argumento, quod lib. 1, cap. 7, v. 1, Eleazar filius Abinadab sanctificatus esse dicitur, ut custodiret arcam. Quæ verba nostram cogitationem non admodum infirmant; sanctificari enim ex Scripture usu, non semper significat aliquid sacrum, sed interdum et admodum frequenter, destinationem ad alios usus etiam profanos. Sanè cum Jeremias, cap. 4, sanctificatus dicitur ab utero, ut Hieronymus putat in illud ad Galat. 1: *Quem segregavit ab utero matris mee*, et alii complures, nihil est aliud, quam esse destinatum ad prophetiam nuncius. Et Isaiâ 13, Persæ et Medi sanctificati dicuntur à Deo, id est, electi, ut Babylonium extinguant imperium. Et Jerem. 6, bellum sanctificatum, quia à Deo destinatum,

ut vindictam sumat de inimicis. Sic ergo *sanctificatus* dicitur, ut custodiret arcam, quia id illi negotium datum est. Quod cum nihil contineret sacrum, quale est sacrificium, aut alia opera que ad altare pertinent, aut quod arca sanctitatem functione aliquâ solemnâ atque legitima significat, à laicâ etiam atque profanâ turbâ fieri salvâ religione potuit.

Quod etiam facit verisimile, quia etiam verisimile est, iterum apud profanum hominem arcam esse depositam, qui illam tandiù custodiret, quamdiù non esset ad locum à rege comparatum disposita. Talem fuisse puto Obbedom, et indicat Mariana; quem Scriptura *Gethæum* vocat, qui nimirum è Geth Palastinorum urbe, in quâ, ut apparet, aut saltem ex quâ non esset Levitæ. Scio aliquas ab aliis rationes adduci, cur ille Levites esse, et simul potuerit esse Gethæus. Sed planè sunt infirmæ. Accedit, quòd, ut dicemus statim, domus Iujus Obbedom erat in Jerusalem; at ibi non habitarent, qui orti essent è genere levitico, saltem ante constructum templum; neque enim hæc civitas sacerdotalis erat, ut constat ex Josue cap. 21. Sed dices Paralip. 15, v. 49. Obbedom numerari inter Levitas. — Respondere, non sine causâ prius appellatum esse Obbedom *Gethæum*, ut ab hoc distingueretur Levitâ, et ab alio item Levitâ, de quo 1 Paral. 16, v. 38, qui Gethæi non erant. Huic cogitationi nonnulli incommodat, quòd 1 Paralip. capite 26, v. 4. Dominus dicitur benedixisse Obbedom Levitæ, et ejus domum implevisse masculâ sobole. Quare hanc cogitationem tantum dixi fuisse verisimilem; de quâ statim aliquid addemus.

Quòd si ita statuas, satis apparet, quænam fuerit in Ozâ temeritas tanti digna supplicii, quia et officium assumpti sibi omninò leviticum aut sacerdotale, cum non solum comiteretur aut sequebatur arcam, sed etiam tangeret. Quod significasse videtur non obscure David, et hanc nostram cogitationem aut indicasse, aut potius confirmasse, qui lib. 1 Paralip. cap. 15, v. 11, cum statuisset è domo Obbedom ad suam civitatem arcam transferre, advocavit sacerdotes et levitas, edixitque, ut adessent omnes, viderentque, ne aliquid non legitime fieret: Vos, qui estis principes familiarum Leviticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, et afferite arcam domini Dei Israel ad locum qui ei preparatus est: ne ut à principio, quia non eratis presentes, percussit nos Dominus, sic et nunc fiat illicitum quid nobis agentibus.

Quòd si ita statuas, satis apparet, quænam fuerit in Ozâ temeritas tanti digna supplicii, quia et officium assumpti sibi omninò leviticum aut sacerdotale, cum non solum comiteretur aut sequebatur arcam, sed etiam tangeret. Quod significasse videtur non obscure David, et hanc nostram cogitationem aut indicasse, aut potius confirmasse, qui lib. 1 Paralip. cap. 15, v. 11, cum statuisset è domo Obbedom ad suam civitatem arcam transferre, advocavit sacerdotes et levitas, edixitque, ut adessent omnes, viderentque, ne aliquid non legitime fieret: Vos, qui estis principes familiarum Leviticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, et afferite arcam domini Dei Israel ad locum qui ei preparatus est: ne ut à principio, quia non eratis presentes, percussit nos Dominus, sic et nunc fiat illicitum quid nobis agentibus.

Ubi, ut vides, aliquid dicitur actum illicitè, quia neque Levitæ aderant, neque sacerdotes, qui nõssent, quid circa arcam definitum esset à lege. Quibus verbis indicat, in eâ traductione priori è levitico genere interfuisse neminem. Atque idè multis modis in illo progressu fuisse peccatum: primum, quia arca non tam Levitarum humeris, quàm plastro bobusque commissa; deinde, quia à profano et laico hominum genere tractata; et alia denique in illo religioso opere facta non religiose; aut ab illis arrogata sibi temerè, que non nisi levitico atque sacerdotali ordini concessa sunt. Hæc postrema ita mihi placent, ut quæ prius proposui ex aliorum sententiâ, non improbeantur. Si quis contendat, fuisse Levitam, nihilominus fermè eadem erit peccati gravitas, si dicat non fuisse ex familiâ Gaath, quod perinde est, ac si Levita non esset, cum his tantum liceret tractare, quæ pertinent ad arcam; aliis autem qui orti fuerunt à Gerson et Merari, id omninò prohibuit fuit. Vide Numer. cap. 4, v. 45. Locus porrò proximè citatus ex lib. Paralipomenon satis indicat, idè percussum Ozam, quia non prius ad illud opus se purificaverat. Ibi enim jubet David, ut se Levitæ ad portantem arcam purificent, et indicat idè Ozam fuisse percussum, quia purificatio non præcesserat.

VERS. 8. — CONTRISTATUS EST AUTEM DAVID, EO QUOD PERCUSSISSET DOMINUS OZAM (1). ET VOCATUM EST NOMEN LOCI ILLIUS, PERCUSSIO OZÆ. Graviter concussit tum Davidis, tum aliorum animos Ozæ repentinus interitus, fecitque ut tanta tantæ multitudinis exultatio verteretur in stuporem et luctum, cum non dubiis signis videretur Deus non probare illorum studium, qui arcam voluere suâ sede, ubi aliquot annos locata fuerat, aliò traducere, cum diem illum, et communem publicamque lætitiâ repentino funere incestaverit. Et ut illius casus ad posterosteros emanaret memoria, abrogato priori nomine, ab Ozæ morte locus ille mansurum in longo seculo nomen accepit.

VERS. 9. — ET EXTIMUIT DAVID (1). NON OSCURUM DOMINUS INDIGNATIONIS SUE ARGU-

(1) Hebræus: *Quòd divisisset Dominus divisonem, vel rupisset rupturam in Ozâ.* Hoc verborum ambitu exprimere solent Hebræi: mortem vi illam et exitium. Ita: *Fecit Domini fracturam*, cum scilicet tribus Benjamin profertus ferè perit. *Viarum grassatores appellant effractores.* (Calmet.)

(1) *Alors David eut une grande crainte du Seigneur, et il ne voulut pas qu'on amenât l'arche*

mentum præbuit interfecto Ozâ. Quare David, ne ulterius in se ac populum ad illud opus congregatum ultrix iracundia sæviret, subsistere jussit religiosam pompam; neque permisit arcam in locum ante præparatum deduci, ad arcam videlicet Sionis et regiam civitatem, sed deflexit ad domum Obbedom, illum, inquam, Obed, qui à Geth Palastinorum urbe cognomentum accepit. Quomodò hic Obbedom diversus videatur ab illo qui inter Levitas numeratur, lib. 1 Paralip. cap. 15, diximus nuper.

Ubi fuerit domus hæc, ubi substitit arca, incertum est. Abulensis q. 11, et lib. 1 Paralip. capite 15, q. 51, domum hanc fuisse putat in Jerusalem inferiori, quæ eo tempore aliquantulum distabat ab arce Sion, seu civitate David. Erat autem non modicum intervallum desertum à civium frequentia, quod postea frequentibus ædificiis instruxit David, et multò magis Salomon, cum in eo loco sacram excitavit molem, et circa illam ad templi ministerium domos multas ædificandas curavit. Quam Abulensis sententiam his mihi rationibus persuado: Primum, quia in eo, quod dixi, spatio, quod inter utramque civitatem interjectum est, arcam fuisse Nachon, seu Chidon, verisimile facit, quia eodem loco, infra, cap. 24, v. 47 et 22, Aruna Jebusæus arcam habuisse dicitur, in quâ, ut apparet, terebat aut comportabat fruges; ibi habuisse dicitur plastrum, boves et jûga, quæ ultrâ ad sacrificium obtulit David. Porrò eo in loco ædificatum esse postea à Salomone templum, res est omnibus nota. Sic etiam arcam habuit Nachon, juxta quam percussus est Oza, et ex illius casu locus ille vocatus est: *Ozæ Percussio*, et propè, aut omnium proximè erat domus Obbedom, ad

chez lui. David tremble en voyant un jugement de Dieu si terrible sur Oza. *Comment l'arche du Seigneur, dit-il, viendra-t-elle chez moi? C'est ce qui arrive d'ordinaire aux âmes humbles.* Elles sont pénétrées de frayeur en considérant les effets de la justice de Dieu, qui étaient néanmoins destinés particulièrement pour étouffer les superbes. Mais comme David après avoir vu la bénédiction dont la présence de l'arche avait comblé la maison d'Obédédôm, crut que Dieu ne désagrèerai pas qu'il la recât dans la sienne, ainsi après que les âmes pures se sont humiliées devant Jésus-Christ, en se croyant très-indignes, aussi bien que le centenaire, qu'il vienne reposer dans leur âme, qu'il pourrait venir par une seule parole, il est juste qu'à l'imitation de David, elles s'approchent de lui comme de la source de la vie, avec une foi pleine de respect et de confiance. (Sacy.)

quam inde facili negotio arca diveriti potuit. Deinde, quia ex quo secundò moveri cœpit arca, totis viribus caneant, et harmonicis personabant organis Levitarum plurimi, et David linteatius subsilicibat atque saltabat; quod sanè, si procul arca substitisset ab urbe, facere non posset. Adde, quòd nisi id accidisset Hierosolymæ, in civitate videlicet notissimâ, et quò tendebat triumphalis illa pompa, satis procederet obscure et imperfectè sacer historicus, si tantum pro assignando loco, ubi cecidit Oza, et arca substitit, nominasset arcam Nachon et domum Abinadab, cum tacuisset urbem ubi essent domus et arca. Quia ergo ex adjunctis facile erat cognoscere in quâ civitate, aut prope quam civitatem hæc accidisset omnia, idè satis habuit historicus sacer ostendisse, quò civitatis loco aut cecidisset Oza, aut stetit arca. His adde, quòd cum ad arces, tum queque passim hos immolaretur et aries, si longum esset spatium, vix ad tam lentum et impeditum opus multi dies sufficienter. At nec unum diem in hoc negotio consumptura esse videm. Magister Historiæ scholesiæ in civitatis suburbio constitisse tradit. Idem Dionysius putat, neque Serario displicet (1).

VERS. 11. — ET BENEDIXIT DOMINUS OBEDOM, ET OMNES DOMUM EIUS. Tribus mensibus mansit arca, quasi in diversorio, in domo Obbedom; quæ pro liberali hospitio illa quoque liberalem mercedem rependit. Benedixit etenim Dominus illi domui, et sic est illam amanter et largiter amplexus, ut nihil interea acciderit adversi, nihil non ex voto. Quænam fuerit ista benedictio tam plena, tam fecunda, divinant Hebræi, ut solent, neque quidquam probant; de quibus sic Hieronymus in Tradit. Hebr.: *Benedixisse domum et ejus Dominum Hebræi dicunt, et quòd om-*

(1) VERS. 10. — IN DOMU OBEDOM GETHÆ. Obbedom Leviticæ fuisse generis, nemo ignorat. Car igitur Gethæus appellatur? Idè quò fortasse, quòd diutius in urbe Palistina Gethæ habitaverit, vel quòd ibi natus sit, quò tempore David eò perigrasset; seu potius quòd ortum duceret è Geth Remmon, urbe Levitarum transjordaniam. (Calmet.)

Mysticæ Geth, hebr. idem est quòd *torcular*, quòd significat crucem, in quâ Christus, vitis vera, ait Eucher., calcari et exprimi dignata est, à quâ cunctus gentium populus meritò Gethæus appellari potest, cum dicit: *Mihi autem absi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi; arca Dei ergo, ipseque deus requiescit in animâ Gethæi, id est, fidelis qui amat crucem et mortificationem.* (Corn. à Lap.)

nes uxores ejus, et concubinae, et nurus, et ancillae masculos pepererint filios; necnon et feminae quadrupedes geminos ediderint et fetus. De quo in lib. Paralip. (nempe 4, cap. 15) scribitur: *Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus, et benedixit Dominus domui ejus, et omnibus quae habebat.* Fuisse porro ex ea benedictione domum illam fruendam masculâ sobole probant ex illo 1 Paral. cap. 26, v. 4: *Filii autem Obededom Semeiat primogenitus, Josabad secundus, etc., usque ad octavum. Et tandem addit, tot illum habuisse filios, quia benedixit illi Dominus.* Quae verba Obededom Gethreum illum esse indicant, qui 1 Paralip. 15, inter Levitas numeratur, de quo supra dubitabamus, conjectabamusque fuisse diversum.

Antequam hinc emergat nostra commentatio, videamus qualem fuerit hoc Ozae supplicium, aeternumne an temporarium tantum. Res sanè difficilis, et uni Deo reservata, ejus sunt justissima judicia, et hominum cogitationibus occulta. Neque video à quoquam hanc controversiam esse definitam, imò neque disceptatam. Tantum lego apud Dionysiam, qui aliorum videtur adducere sententiam, quos tamen non nominat, qui negant illum aeternum subisse supplicium. « Creditur, inquit, quòd Oza per temporalem illam percussione nem purgatus sit, et damnationem evasis. Nam etsi repente obierit, potuit tamen in tempore illo persuadico penitere, praesertim dum manum suam, brachiumque et hunc mortem sensit arere. »

Ego mallem aliorum hinc iudicium audire, quam meum interponere; inclino tamen magis in Dionysii sententiam et aliorum, si tamen alii sunt, quos ipse non nominat, et suspicor temporariâ tantum morte Ozae peccatum fuisse puniunt. Et quidem si alias ob causas in peccato non fuit quod aeterno supplicio mulctari dignum esset, de quo modo non disputo, non videtur conatus ille, qui ex religione et pietate natus est, tam grave meruisse supplicium, ut temporarie morti etiam esset adjuncta sempiterna. Fuit sanè aliquid audaciae et inofficiosi religionis officii arcam tetigisse et festinatione ac modo qui nimis arcae sanctitatem deceret; sed deceret nimis id quod metuebat, cavere quae studebat Oza, si laberetur arca, et allisa terra, et inter bonum hominumque pedes volutaretur. Neque error hic Ozae causam promit, quia casuram putabat arcam, cum tamen procul abesset à casu; neque enim tam judi-

cat et dampnat Deus errorem, si quis tamen sine culpa contingat, qualis videtur hic fuisse, quam animum ac studium; haec autem videtur aliquod religionis ac pietatis opus spectasse.

Neque praeterea, ut ille in eo audacie atque alieno conatu aliquid censeatur admisisse mortiferum, negandum videtur potuisse cognoscere peccatum, et de illius indignitate utiliter dolere. Neque legitimus sic ab irato Deo fuisse percussus, ut nihil illi fuerit temporis relictum cognoscendi atque fructuosè delectandi peccati. Nihil enim habemus aliud quam ibi percussus fuisse et interfectum Ozam; inter plagam verò et mortem, quis neget aliquid potuisse interponi morae? Quòd si verum est, quod putant Hebraei, aruisse Ozae prius manum, deinde brachium, ac tandem humerum, quem arcae rectioni subjectum esse oportuit, satis habuit temporis, ut peccatum suum et divinam offensionem agnosceret, ac tandem ad Deum opportunè conversione rediret. Percussus sunt à Deo Sodomitae et qui cum Pharaone in mari Rubro demersi sunt; at illorum multi temporalem subière mortem, non aeternam. Ita Hieronymus in illud Nahum. 2: *Non vindicabit Dominus bis in idipsum.* Rupertus lib. 4 Comment. in Genesim cap. 16.

Neque omnino convincit oppositum, quòd Deus dicatur indignatus, aut quòd supplicium fuerit omnium rerum quae in humanis censentur maxime, jactura nempe vite. Nam saepe Deus in aliquem dicitur indignatus, cum tamen nihil admisit aeternam damnatione dignam; sicut etiam pater in filium, quem neque domo eiecit, neque hostiles in illum spiritus concepit. Sanè saepe dicitur indignatus Moysi, quem tamen à suâ amicitia eo ipso tempore non habuit alienum. Exod. 4, vers. 14; Deuterom. 1, vers. 34 et 36; Deuterom. 5, vers. 26, et propter unius peccatum Josue 7, vers. 1, iratus dicitur in totum populum, cum tamen unus tantum è populo peccasset.

Neque hoc convincit supplicii gravitas; multi enim damnati sunt morte, quorum vitam nulla mortalis culpaè labes infecerat. Primum Moyses, et Aaron damnati sunt morte, propter culpam, ut est communis Patrum sensus, levissimam, quam subierunt, ille in monte Nebo, Deut. 34, hic in monte Hor, Numer. 33, v. 38. De uxore Loth, quae in statum salis conversa est, Gen. 19, non videmus quid commiserit adeò grave, dum ardentem civitatem

respectat, ut in eo appareat mortalis culpaè pondus; atque ideò multi, ut noster dicit Cornelius, tantum hic vident veniale peccatum. Propheta, qui lib. 5 Reg. cap. 15, occisus fuit à leone, nemo dubitat peccatum esse leve. Sanè Ahulensis libi, q. 51, liberum fuisse dicit ab aeterna pœna, imò et statim ad sanctorum limbum evolasse. Cur ergo, dices, tam severè mulctatus? — Respondeo, quod alii in causâ uxoris Loth, et prophetae, et Ananiae et Saphirae, qui etiam à multis dicuntur supplicium tantum subisse temporarium. Ita Augustinus contra Parmen. lib. 3, cap. 1; Hieronymus ad Demetriadem; Petrus Damianus lib. de Contemptu seculi, cap. 15. Idem è recentioribus multi, ut Dionysius Carthusianus, et Salmeron in Acta. Et hi eodem, quo Oza, genere mortis sublati sunt. Ut ergo alii, quanti Deus faceret arcam illam, in qua tabulae clauderentur legis, et quam graviter ferret, si quis in illam anderet aliquid indecori, extare voluit publicum illud exemplum in corpore subito prostrato, quod paulò antea animatum aspexerat. Neque aliud homines, quorum causâ id factum voluit, spectare aut cognoscere poterant; nam de aeterna morte qui possent? Haec sententia mihi videtur non difficilis; neque tamen aliis persuadere, sed tantum expendendam et examinandam relinquo.

VERS. 12. — *VENTIATUMQUE EST REGI DAVID, QUOD BENEDEXISSET DOMINUS OBEDEDOM.* Magnam fuisse oportet Dei liberalitatem in domum Obededom, quando tam brevi, id est, trimestri spatio, tantum rerum omnium incrementum etiam externi videre potuerunt. Quare non potuit tantum, ut Hebraei volunt, auctos esse greges laecundâ multiplicique lecturâ, et domum masculâ atque robustâ prole, sed etiam agrorum felicem esse proventum, et possessionibus nihil accidisse non ex voto, et ab omni populo propter arcam, ad ornandam domum plurima fuisse collata. Id ergo ab his qui viderant, relatum est ad Davidem.

ADIT ERGO DAVID, ET ADDUXIT ARCAM DEI DE DOMO OBEDEDOM AD CIVITATEM DAVID CUM GAUDIO. Non longè aberat, ut diximus, domus Obededom à civitate regiâ; quò verò minus erat spatium, eò magis compensari voluit sumptuum et celebritatâ ad illud tempus inaudite magnitudine. Quam pluribus describit lib. 4 Paral. cap. 15, quae hic referre operæ pretium erit; neque cum ad illum locum, Deo benè juvante, commentatio venerit, opus erit inoleare rursus, sed ad hunc locum lectorem

remittemus; quod etiam in aliis fiet non infrequenter.

In eo igitur cap. 15 Paralip. primum ostenditur, adificatam esse domum pro arcae religiosâ custodiâ, in eaque extensum tabernaculum, ad similitudinem, opinor, illius, quod extruxit ante Moyses, et eo tempore, licet ab arca vacuum, erat in Gabaa. Tunc autem secum tacite reputat David, nequaquam decere arcae majestatem, si aliis quam Levitarum portaretur humeris, quibus id negotii Dominus proprium atque perpetuum esse voluit. Ergo congregavit iterum Israel em in antea, cum primum inivit de arcae translatione consilium; sed advocavit precipuè sacerdotem et Levitas, ne quid in eo negotio, quod sanctè obiri cupiebat, fieret non legitime, peccareturque rursus, sicut in priori traductione contigerat. Qui fuerint, quove numero, qui ex levitico semine ad illud pium religiosumque comitium convennerunt, non est opus hic enumerare, quia satis dilucidè explicantur in textu. Ad quos rex orationem habuit plenam dignitatis, plenam spiritus. Jubet imprimis, ut si quis habent quod non admittat aut loci sanctitatis, aut ministerii religio, id consuetis et prescriptis à lege caeremoniis emundet, et tunc suis humeris sacrarium illud maximum reportent ad locum qui illius custodiæ ac religioni tanto ante studio præparatus est, ne quid rursus accidat, quale nuper in Ozâ, qui subito interceptus morte letitiam illam publicam diro planè spectaculo fedavit. Quod illi, sicut erat præceptum, è vestigio complent.

Deinde ex illâ tantâ levitici ordinis multitudine cantores constituit, qui variis instrumentis, quorum eo loco nomina et usus disertè ponuntur, honestarent pompam, et diem illum tamdiu desideratum exhilararent. Hinc jam licebit ad intermissam commentationem reverti, cum respectu tamen ad ea quae in Paralip. cap. 15 et sequentibus proximè succedunt.

ET ERANT CUM DAVID SEPTEM CHORI. Ex illo tanto sacerdotum levitarumque numero septem choros atque ordines digressit David, quos secum tulit ad sacram illam pompam, et simul vitulos et arietes, qui in ipso progressu ad sextum quemque passum erant immolandi. Cur eo numero distributi fuerint sacerdotes et Levite, non satis apparet ex textu, quia illo- rum in eâ traductione non unum est, aut simplex ministerium, sed omnino multiplex. Ab illis cantati sunt Psalmi, et elicti numerosi

organorum soni, et mactatæ victimæ, quæ sanæ cum sexto quoque passu cæderentur, licet brevis foret illa transmissio, plurimas fuisse necesse est, atque idem rei sacrificii plurimos è sacro illo cœtu fuisse destinatos oportuit, et in septem distributos ordines, ne qua esset in tanto sacrificiorum et sacrificantium numero confusio. Et ita putat Abulensis, quæst. 17, varios choros variis esse sacrificiis intentos.

Ego hæc non improbo; sed nomen *chori* in aliam me cogitationem adducit. *Chorus* aliquid indicat numerosum et latum, quales sunt cantores, aut qui saltatorios motus et numeros obeunt, in certum aliquem numerum et ordinem digesti. Id porro significari videtur lib. 1 Paral. cap. 16, ubi septem cantorum ordines numerantur. Primus ordo ponitur vers. 17, et deinde singulis versibus ad versum 24, singuli etiam ordines, seu chori respondent. Nunc de horum ministeriis et partibus aliquid dicendum ex eodem cap. 16 :

Versu 48, et iterum 24, quidam constituuntur janitores, quos aliqui dicunt fuisse portitores arce, sed nomen parum favet huic cogitationi. Ego potius crediderim, eos qui hoc loco janitores dicuntur, illud in hæc pompâ obtinere munus, quod obeunt ex instituto janitores in templo; illi enim aliquos submovent, alios admittunt, prout cujusque dignitas aut ordo postulat. Sic etiam in pompâ alii submovebantur, ne propè accederent, alii admittebantur. Et quidem nisi ita fieret, non videbatur satis consideratè ac providè instituta traductio. Neque minus à prudèntissimo rege consulendum fuit arce sanctitati atque honori, quam suo sibi honori ac dignitati consulunt reges, et qui personam sustinent publicam, et gravem, dum licetores secum et satellites ferunt, qui expeditiam viam ad regium incessum, et omnem injuriæ atque irreverentiæ aditum præcludunt. Et quia illi forsitan in tabernaculo postea habituri erant janitorum nomen et officium, sic etiam modò propelepsi janitores vocantur. Aut certè illi tunc janitores erant in tabernaculo, quod erat in Gabaon, unde sunt evocati. Vide Abulensem in hoc capite quæst. 21. — VERSU 19. — IN CYMBALIS ANENS CONCREPANTES. Non dubium est, quia ex variâ materiâ variâ quoque fuerint instrumenta musica concinnata, ex buxo, ex ære, ex argento. Illa puto hic appellari ærea cymbala, quæ ex ære sine ullâ aliâ admixtione materiæ concussa et collisione concrepant,

quæ sunt sinistra, crotali, et ejusdem generis, si qua sunt alia; ad quæ etiam refero tintinnabula et pelves, quæ percussione sonant; nam de tubis, quæ non tam clangunt percussu quam inflata tubicinis, post agatur. — VERSU 20. — IN NABILIS ARCA CANABANT. *Nablim*, seu *nablim* vox est hebraica נבל, *nebel*; quid propriè sit, incertum est. Quidam *lyram*, alii *psalterium*, reddunt; quidam *choram*, alii aliter vertunt, et *chordas* addunt, ex quibus sonos elicit plectrum. Sed si vim nominis accuratius intucare, aliud videtur esse instrumentum, quod serem excipit ab utriculo, et reddit sine inflatu ejusquam cum modulato sono. Quod *utriculum* Latini, Græci *âncov* appellant, cui addita est fistula; et qui eo utitur instrumento, *utricularius* à Latinis, *âscules* appellatur à Græcis, ab Hispanis dicitur *gaita*. Sed ego aliquid nobilius fuisse puto, et pluribus fortassè compactum fistulis, unde etiam sonus magis varius. Neque fortassè alius est, quam quod à Hieronymo describitur sub symphonie nomine in Epistola quadam ad Dardanum. Quid sit *arca canere*, obscurum est. Quidam materiam carminis esse putant, quæ mysteria continet, et ignota vulgò sacramenta, quæque apertè ad populares proferre nefas. Quare illa aut submissio cantabatur sono, aut ita obscuris involuta sermonibus, ut vulgarem intelligentiam fugerent. Ita Abulensis q. 24. Ego allusum esse puto ad titulos Psalmorum, quibus eadem vox hebraica *alamoth* præfigitur, quæ *arcamm* aliquid et *occulum* significat. Qualis est Psalmus 9, cujus titulus est, *pro occultis*, et Psalmus 43, cujus, *pro arcans*. Si, quod multi putant, Psalmorum tituli initia sunt certæ, vulgòque notæ cantilenæ, ad cujus numeros cantandus est Psalmus, nihil hic significatur aliud, quam in nabilis illos esse musicos modulus adhibendos, quos certæ illæ cantilenæ præscribunt. Sed puto id esse à Davide constitutum, ut ad nabilia illi cantarentur carmina Psalmorum, qui illis essent insigniti titulis, *pro arcans*, seu quod idem est, *pro occultis*. Et quidem duo illi Psalmi ita sunt ad illum temporis articulum accommodati, ut in illum diem, et celebritatem à Davide videantur esse compositi. — VERSU 21. — IN CITHARIS PRO OCTAVA CANEBANT EPINICIUM. *Epiniçium* carmen est triumphale, seu pro victoriâ, quæ in Dei laudem cantare tunc meritò debuit David, cum præclaras ab ejus liberali manu à Jebusæis et Palesinis victorias obtinuit. Ad illud *epiniçium* cantatos esse puto

Psalmos, quorum inscriptio est, *pro octavâ*, quales sunt Psalmus 6 et 11, nisi dicamus *epiniçium* illud, quodcumque fuerit, jussum esse cantari in citharis, quæ octo chordis essent instructa, quæ vocari poterunt *octachorda*, sicut instrumenta alia *eptachorda* et *decachorda*, vocata sunt. Dici etiam posset *epiniçium* cantari in octachordo instrumento, quia ad illud illi caneantur Psalmi, quorum titulus *victori*. Est autem *epiniçium canticum* victori, seu triumphatori consecratum, Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, putant *pro octavâ* epiniçium jussum esse cantari, quia à sexto Psalmo incæperunt cantores, cujus est titulus, *pro octavâ*. — VERSU 22. — CHORONIAS AUTEM PRINCEPS LEVITARUM PROPHETIÆ PRÆERAT, AD PRÆCINGENDUM MELODIAM; ERAT QUIPPÉ SAPIENS VALDE. Sicut *prophetare* idem est, quod *laudare*, ut multis probavimus lib. 1, cap. 10, ad illud : *Obvium habebis gregem prophetarum*, sic etiam laus et canticum prophetiæ vocatur. Ille ergo, utpote illius artis peritissimus, et aliorum magister, præbat in cantu, et aliorum voces ad harmonicos numeros temperabat. — VERSU 24. — PORRO SABBENIAS, ET JOSAPHAT, etc., SACERDOTES CLANGEBANT TUBIS CORAM ARCA DEI. Septem hic numerantur sacerdotes, atque idè totidem fuere tube, quæ suo clangore antecesserant arcam, quod ex eo fortassè tempore fieri cœpit, quo totidem tube circumduxerunt arcam, cum ad illarum clangorem, arceæ conspectum muri ceciderunt Jerichuntini, Josue cap. 6. Cum autem sacerdotes tunc accepissent tubas, et antegredirentur arcam, sic etiam nunc in ejusdem arce celebri triumpho sacerdotes septem designati sunt, qui tubarum clangore gloriam personarent arce triumphantis. Redeamus jam ad caput 6, quod his interpositis interrupimus.

VERS. 12. — (1) ERANT CUM DAVID SEPTEM (1) David donc s'en alla en la maison d'Obéd-édôm, et il en amena l'arche de Dieu en la ville de David avec grande joie. On voit dans cette seconde translation de l'arche un grand roi qui s'humilie devant Dieu, et qui ne craint point de blesser en apparence sa dignité devant ses sujets en s'abaissant profondément devant celui dont il la reçoit. David danse en cette rencontre pour témoigner le transport de sa joie et de sa reconnaissance dans la vue des miséricordes dont Dieu l'a comblé. Il se rend même en cet état l'objet du mépris des âmes superbes. Michol, sa femme, se moque de lui en le voyant, et ne craint point de lui faire un reproche très sensible. Que le roi d'Israël, dit-elle, a eu de gloire aujourd'hui, en se découvrant devant les servantes de ses sujets, et paraissant nu comme

chôri, et victima vituli. Quomodo sicut à Davide distributi chori, jam à nobis supra dictum est. Ilis autem aderant viciniorum non exigui greges, quia non paucæ in eo progressu immolate sunt, cum ad senos passus illarum fierent destinatæ cædes. Quare multi illi pecudum atque armentorum balantes atque mugientes greges pars orat illius solemnitate non exigua. Ubi Vulgatus : *Victima vituli* (quæ verba in hebraico textu non sunt), Septuaginta legunt : *Victima vituli et agni*.

serait un bouffon! Le démon, qui est le roi des enfans d'orgueil, parlait sans doute en cette rencontre par la bouche de cette orgueilleuse reine. Elle insulte à David et à Dieu en même temps, puisque ce prince ne s'était abaissé si profondément, qu'afin de rendre un honneur souverain à celui qui l'avait comblé de gloire. Elle oublie tout ce que Dieu et Samuel avaient dit de grand de David, qui était alors admiré de toute la terre, pour fouler aux pieds le respect qu'elle lui devait par toute sorte de raisons, jusqu'à le comparer aux derniers des hommes, qui sont destinés à être le jouet et le divertissement des autres. Elle ne pouvait pas pousser plus loin l'insolence et l'impieité. Mais la sagesse avec laquelle David lui répond est d'une grande instruction pour nous en de semblables rencontres. Elle nous fait voir que, bien loin de rongir des railleries que font de nous les gens du monde par le même esprit dont Michol était animée alors, c'est nous, au contraire, qui les devons faire rongir de leur vanité, par la fermeté de nos réponses, et par les sentimens généreux d'une humilité que saint Paulin appelle un *saint orgueil*. Car on se trompe fort, lorsqu'on s'imagine que l'humilité d'un chrétien est une bassesse. David nous fait assez voir, par la manière dont il répond à Michol, qu'il n'y avait rien de plus grand que les vœux qu'il avait eues, en s'humiliant ainsi devant Dieu et devant son peuple : *Oui, devant le Seigneur, dit ce prince, qui m'a choisi plutôt que votre père et que toute sa maison, et qui m'a communiqué d'être le chef de son peuple dans Israël : je ne mépriserais moi-même, et je ferai gloire de cet abaissement devant les servantes mêmes dont vous parlez*. Ce prince s'abaissait d'une humilité d'autant plus haute qu'elle est sans réserve. *Cum omni humilitate*, dit saint Paul. Nous voulons quelquefois nous humilier en nous-mêmes, mais nous rougissons de témoigner au dehors l'humiliation de notre cœur. David est humble partout. Il est humble aux yeux de Dieu; il est humble devant ses hommes, il est à ses propres yeux. Les saints font une grande attention sur cette parole : *Humilis ero in oculis meis*; je ne mépriserais moi-même, et l'homme s'élève au fond de son cœur de ce qu'il a fait au dehors des actions qui l'ont abaissé devant les autres. Le vrai humble s'humilie en tout. Il se plaît à paraître méprisable et non pas humble. Il ne croit jamais avoir satisfait à ce que l'humilité demande de lui. Mais il aime cette vertu de tout son cœur, et il n'y a rien qu'il ne veuille faire pour la posséder. (Sacy.)